

INDEX ELOGIORUM.

Ignis, pag. 346. *Ignis illuminans cæcos, calefaciens frigidos, incurvans duros, desiccans humidos in terrenis, & restrin-gens fluidos ad peccandum.* Idiot. de B. Virg. part. 14. contempl. 38.
Illuminatrix, pag. 321. *Illumi-nans animas prudentia ad pre-cavendas inimicorum insidias, & ad futura bona, & mala.* Ric. Laur. lib. 11. de Laud. Virg.
Imago, pag. 206. *Maria, Imago est expressissima veri Solis, in-ter millia Astrorum Deo assis-tentium longe præfulgentior, ra-diorum suorum fecundissima luminositate, universam deco-rans, illuminans, clarificans mi-litantem, ac triumphantem Ec-clesiam.* Arnold. Bost. lib. de Patrocin. Deipar. cap. 11. §. 2.
Imago, pag. 210. *Beata Virgo, Imago est pulchra continens ge-nium Summi Artificis.* Joann. Geom. in B. Virg. Hymn. 3.
Immaculatissima, pag. 253. *Do-mina nostra Sanctissima, Im-maculatissima, atque gloriocissi-ma.* S. Jacob. Minor. in sua Litur.
Intemerata, pag. 350. *Virgo fuit intemerata, atque adeo om-ni laude celebranda.* S. Joseph. Hymnogr. in suo Mariali.
Iris, pag. 66. *Maria est Iris la-pis sexagenus, pulchram cæles-*

tis arcus reddens imaginem, & penitentis orationem coram summo Rege Deo faciens efficacem.
 Joan. Tritem. lib. 1. de Mirac. B. Virg. in Urticeto, cap. 7.

L

Lætitia, pag. 161. *Lætitia quæ-dam arcana est Beata Virgo, atque omni dicendi facultate superior Angelis, atque omni-bus mundo superioribus virtuti-bus.* S. Joan. Damasc. Orat. 1. de Assumps. B. Mar.

Liber, pag. 202. *Liber est Do-mina mea, quem debet quilibet ponere in latere arcæ sue, id est in armariolo pectoris sui, sicut præcipitur Deuteronomii 29.* Ernest. Prag. in Marial. c. 85.

Lylum, pag. 222. *Lylum est candidissima Virgo, quod in-ter spinas Judeorum, & gen-tium floruit, illæsumque pari-ter candorem, & odorem pro-prium tenuit, dum nibil culpæ sibi, ex illorum malitia contra-xit.* S. Petrus Maur. Clun. 1. in Cant. Cant. cap. 20.

Lylum, pag. 341. *Sicut Lylum spinas, inter quas nascitur: præstantius est, & absque com-paratione, sic Maria Judeis de quibus nata est.* Unde sicut spina Rosam, genuit Judea Mariam: immò in ejus compa-ratione, spinæ reputantur, & animæ sanctæ, & virtutes An-

ge-

INDEX ELOGIORUM.

gelicæ, quia sicut dicitur Job 25. Luna non splendet, & Ste-læ non sunt mundæ in conspec-tu ejus. Ricard. de S. Laur. lib. 12. de Laud. Virg.
Lylum, pag. 222. *Lylum im-maculatum, quod Rosam im-marcescibilem genuit Christum.* S. Epiph. serm. de Laud. SS. Virg.
Lucerna, pag. 354. *Est Lucer-na omnibus lucens.* Matth. 5. Neque accendunt, id est Pater, & Filius, & Spiritus Sanctus **Lucernam**, id est Mariam, quæ accensa fuit in die Incarnatio-nis, & ponunt eam sub modio, sicut faciunt ipsam in honoran-tes, sed super candelabrum, id est Ecclesiam, ut luceat indiffe-renter omnibus, qui in domo sunt, id est in Ecclesia, vel in mundo. Albert. Mag. in Bibl. Mar. super Evang. Matth.
Lucus, pag. 280. *Lucus est B. Mariæ, Virgineus, ex quo aqua illa vivens, omniaque vivifi-cans, secundum carnem nata est, in lucem prodiit.* S. Sophron. Orat. in Christi Nataliit.

M

Magistra, pag. 70. *Magistra est probitatis, & bonitatis, gra-tiosè ostendens quid corrigerre, quid effugere, & quid tenere, & servare quis debeat.* Idiot. de B. Virg. part. 4. contempl. 8.

Magistra, pag. 166. *Maria est Magistra novæ Religionis, & Penitentie.* S. Ign. Epist. 1. ad Joan. Evang.

Magnes, pag. 73. *Beata Virgo est Magnes divina, cuius di-rectione ab omnibus fluctua-tionibus liberati optatis supernæ patriæ littoribus applicabimur.* Bern. de Bust. in suo Marial. serm. 2. de Cor. B. M.

Martha, pag. 170. *Beata Virgo est Martha, non nomine, vel persona, sed interpretatione: nam interpretatur ex Hebreo in Latinum provocans, & Syro sermone dominatrix, ex deri-vatione à Marte, qui secun-dum gentiles est Deus belli propter fortitudinem; sed cer-te ipsa sua perfectione virtutis provocavit Deum ad incarna-dum de ea, ipsa est Domina Cælorum, & omnium; ipsa est potentissima ad bellandum pro nobis contra malitiam demo-num.* S. Anton. in Summa, part. 4. tit. 15. cap. 45.

Martyr, pag. 285. *Martyr fuit B. Virgo per acutum doloris gladium in Passione Filii suū.* S. Thom. Aquin. in cap. 12. Apocal.

Martyrium ejus, pag. 16. *In ea fuit summa perfecio amoris, & martyrium intensissimum do-loris, quanto enim diligebat ardentius, tanto est vulnera-ta*

INDEX ELOGIORUM.

ta profundius; non enim fuit talis Filius, nec fuit talis Mater. Absorta sunt Sacratissima Viscera Maternis doloribus ultra quod homo vel Angelus perpendere posset. Martyres namque passi sunt propter fidem, sed Beata Virgo passa fuit propter charitatem. Idiota de B. Virg. part. 12. contempl. 6.

Mater, pag. 235. Mater est etiam illius, qui toties nominatur Dominus exercitum. Joan. Gers. tract. 8. in Mag.

Mater Misericordiae, pag. 33. Mater Misericordiae, cuius prece continua ab hac lacrymarum valle, lacrymabilique miseria ad regna transferimus sine fine mansura. Petrus Comest. in serm. de Conception. Beatae Mariæ.

Mediatrix, pag. 57. Mediatrix est Domina mea inter nos, & Filium suum, propter hoc enim facta, propter hoc est electa, ut apud dulcissimum Filium causam nostram piissima tueatur. Guibert. Abb. lib. de Laud. B. V. M. cap. 14.

Medicina, pag. 295. Medicina est peccatorum. B. Simon Stok in Hymn. B. Virg.

Monitorium, pag. 266. Maria est Monitorium castitatis, ideo enim comparatur monilibus, quæ dicuntur monilia, quasi castitatem monentia: quia ad con-

tinentiæ munditiam ipsa per exemplum nos commovet, & invitat. Joann. Hailgrin. in cap. 7. Cant.

Myrrha, pag. 246. Si Myrrha electa dicitur illa, quæ sine vulnere manat ab arbore, & illum amaram carnis mortificationem designat, quam præfert anima nullo peccati vulnere sauciata, talem Myrrham distillavit B. Virgo, quæ licet peccati vulnus non haberet, semetipsam tamen multipliciter mortificare voluit. Idiota de B. V. part. 14. contempl. 52.

N

Navicula, pag. 250. Navicula est etiam ad transfretandum occursus periculosos mundialis occupationis, ad deferendum proventus delitosos divinalis contemplationis, ad debellandum incursum angustiosos demonialis temptationis. Bernard. de Bust. serm. 3. de Assimilat.

Nomen Maria, pag. 301. O Magna, & multum amabilis Maria! Tu nec nominari quidem potes, quin accendas: nec cogitari, quin recrees diligentium te animos. Ricard. à S. Laur. lib. 1. cap. 2.

Nomen Maria, pag. 314. Nomen Marii jubilos in corde, melos in aure, mel in ore. S. Anton. de Pad. Dom. 3. in Quadr.

No-

INDEX ELOGIORUM.

Nomen Maria, pag. 333. Sicut cera à facie ignis, ita ubique inveniant crebram hujus Nominis Marie invocationem pereunt aereæ potestates. S. Bonav. in Specul. lect. 2.

Nominis imploratio, pag. 307. O Maria Dei genitrix, & Virgo, tuum Nomen imploro, ad sis mibi famulo tuo cum tota æternitate decertanti, & non me deseras in hac hora, à qua pendet animæ meæ salus, aut interitus sempiternus. Just. Lips. apud P. Vega, Soc. Jesu in introduct. lib. init. Devoc. à Maria.

Nubecula, pag. 256. Nubecula Divina, in qua omnis amaritudo maris, id est, humani generis, scilicet peccati originalis in dulcedinem conversa est. Bernard. de Bust. serm. 3. de Assimil. B. M.

O

Oliva, pag. 367. Oliva speciosa in campis propter communatem pietatis, & misericordiae, quam cunctis exhibit quantum in se est sine acceptatione personæ. Ricard. à S. Laur. lib. 12 de Laud. Virg.

Omnis consolationis, pag. 276. Mater est omnis consolationis, quam Beatissima Trinitas divinitus adamavit, instanter gubernavit, & potenter fœcun-

dans sublimiter exaltavit. Guilielmus Vincentri Cœlest. serm. de Concept. B. M.

P

Palma, pag. 61. Si palma est arbor victoriosa, & designat victoriam, Beata Virgo vitoriissima fuit, quia mundum pauperate, carnem virginitate, & diabolum vicit humilitate; pro nobis etiam pugnat quotidie contra hostes, & ejus adjutorio de ipsis triumphamus. Idiota de B. V. part. 14. contempl. 46.

Pavor, pag. 336. Maria est pavor spiritualibus nequitiis. S. Laur. Just. lib. de Casto Concupiscentia Verbi, & Animæ, c. 9.

Peroptima Mater, pag. 242. Mater nostra peroptima; quæ præ omnibus matribus plus nos diligit, & plus erga nos pietate movetur; omnis enim Mater diligit; atque melior est melius diligit. Ernest. Archiep. Prag. in Marial. capit. 122.

Porta Dei, pag. 47. Porta Dei, divinos splendores ostendens miseræ animæ nostræ, in quos ingrediamur cum confessione, & malorum nostrorum expiationem accipiamus. S. Joan. Damascen. in Paraclyt. B. V. M. Pulcherrima, pag. 197. Puella omnium Pulcherrima, Sanctissima, Sapientissima, Humanissi-

INDEX ELOGIORUM.

sima, Benignissima, Elegantissima, Gratiissima. Petr. Celens. serm. 3. de Annunt.

Puteus, pag. 379. Puteus est aquæ viventis, in quantum peccatores mortuos vivificat à peccato. Jacob. de Vorag. in Marial. serm. 5. G.

Puteus, ibid. Puteus est altus, id est profundus, ad quam profunditatem, humanæ conditionis fragilitas non attingit. Idiota de B. V. part. 14. contemp. 25.

Q

Quantum fuerit elevata, pag. 25. Fæmina est Maria elevata ad quandam æqualitatem divinam, & quandam quasi infinitatem perfectionum, & gratiarum. S. Bern. Sen. tom. 1. serm. 61.

R

Regina, pag. 92. Regina adstans supplex à dexteris filii pro devote postulantibus, ad intercedendum contra indignationem Judicis; ad excusandum defecatum nostræ infirmitatis. S. Bernar. Sen. tom. 1. serm. 51.

Regina, pag. 104. Regina est nostra circa quam si virtutibus exornati fuerimus, & puritate resplendentes; expeditum ac liberum satellitum babebimus: si autem peccatis, veluti quadam veste obscura, ac terrea induiti fuerimus, procul ab illius servi-

tio, ac ministerio repellemur. Jacob. Monac. in Mar. Oraç. 3.

Rosa, pag. 9. Si Rosa in granis est crocea, B. Virgo in affectu intimæ charitatis, quia ei cura est de omnibus, quæ dicit: Testis est mihi Deus quomodo vos omnes cupiam in visceribus Christi Filii mei benedicti. S. Joseph. Hymnogr. in Mariali.

Rosa, pag. 13. Rosa per cuius merita cum Christo resurgimus, ad Christum ascendimus, & cum Christo in eternum gaudemus. B. Josephus Steinfelden-sis, opusc. 1.

Rosa, pag. 21. Rosa Mystica, cuius color roseus, est verecundiæ rubor castitatis amor, & justitiæ zelus. Helinan. Cisterc. serm. 1. de Assump. B. M.

Rosa, pag. 148. Rosa inclinis, & humilis per humilem obedientiam juxta doctrinam Spiritus Sancti: audi filia, & vide, & inclina aurem tuam. Psalm. 44. Ricard. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.

Rosa, pag. 152. Maria fuit Rosa, quæ valde contrita, id est, tribulationibus afflita, quanto majores sustinebat contritiones, tanto majores reddebat, odores; nam in Ægypto expulsa dedit odorem fidei perfectæ; in tribulationibus verò, quas à Judæis passa est dedit odorem

46-

INDEX ELOGIORUM.

actionis gratiarum. Bernar. de Bust. serm. 1. de Assim. B. M. V.

Rosa, pag. 272. Rosa florum est Regina: purpurei enim coloris est, & purpura Regibus convenit: alii pulchri flores aliae bona mulieres, ipsa verò Regina Virginum, & decus mulierum, sicut Rosa florum. Ric. à S. Laur. de Laud. Virg. lib. 12.

S

Sagitta, pag. 108. Maria est Sagitta Christi, quæ nunquam abiit retrorsum; nunquam enim tam durum invenit obstaculum, quod non facilimè penetraverit. Ern. Prag. in Marial. c. 26.

Salus, pag. 375. Salus es (ò salus mea!) omnium Christianorum, salus omnium peccatorum, & salus omnium qui te verissimam Matrem, & Domini genitricem cognoscunt. S. Joseph. Hymnograph. in Mariali.

Samaria, pag. 53. Si Samaria interpretatur custos Domini, vel conjunctio Domini, Maria verè custodivit Dominum sibi; unde dicit: Tenui eum nec dimittam. Cant. 3. Custodivit se Domino dicens: Cant. 2. Dilectus meus mibi, & ego illi. Idem. Cant. 7. Ego dilectio meo, & ad me conversio ejus; ipsa etiam precibus suis conjungit nos Domino, disjunctos prius ab eo per

peccatum, si tamen pœnitentes dimisso peccato confugerimus ad eam. Ric. à S. Laurent. de Laud. Virg. serm. 12.

Samius, pag. 50. Samius est B. Virgo, lapis albus, gravis atque frangibilis, quia purissima, quia candidissima, cunctisque ponderosæ virtutibus, & facilis ad commiserationem. Joann. Tritem. de Mirac. B. Virg. in Urticeto, cap. 7.

Sigillum, pag. 81. Sigillum est Maria Veteris, Novique Testamenti. S. Germ. Const. Serim. de Nativ. B. Mar. Virg.

Smaragdus, pag. 135. Si Smaragdus gemma auget opes, gratum reddit, juvat eos, qui abdita seruantur; Maria dicit: In viis justitiae ambulo, ut ditem diligentes me, & thesauros eorum repleam. Ernest. Prag. in Mariali, cap. 42.

Sol, pag. 100. Sicut Sol tantæ liberalitatis est, quod à nulla creatura quantumcumque fœrente, & sordida, si sit ei exposta radios suos avertit: similiiter nec Maria à quantumcumque vilissimo peccatore ipsam fideliter invocante avertit respectum pietatis suæ. Ricard. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 2.

Sol, pag. 214. Sol est, quia sicut Sol ad hoc factus est, ut illuminet totum mundum, sicut di-

dicitur. Gen. 1. sic Maria ad hoc facta est à Divina Trinitate, ut misericordiam, veniam, & gloriam, quasi lumen à Deo impetraret toti mundo. Ric. à S. Laurent. de Laud. Virg. lib. 7.

Sol, pag. 259. Maria est Sol, quia nullam habuit obscuritatem peccati. D. Thom. Aquin. in Psalm. 18.

Sol, pag. 341. Sicut Sol iste luctans, atque sensibilis, omnibus indifferenter secundum uniuscujusque capacitatem claritatis suae radios influit, sic benignissima Virgo, bonis, & malis, gratis, & ingratis, justis, & injustis exorabilis est, atque compatiens. Dion. Cart. lib. 3. de Praeconio SS. Virg. art. 15.

Speculum, pag. 97. Speculum in quo peccatores respicientes vide-re possunt quomodo, & qua parte sint infecti; & è contra virtuosi intueri virtutes, & bonos mores ipsius, quos debent imitari. Maur. de Villapr. serm. 12. Coronæ B. Mar.

Spes, pag. 112. Spes nostra salve. Eccl. in hac Ant.

T

Timoris Mater, pag. 44. Mater Timoris est docens fugere, quod fugiendum est, quia ipsa prima

non solum peccatum, sed & occasiones peccatorum declinavit, quod patet per hoc, quod magnificata per conceptum Filii sui, se humiliavit, & obsequium Elisabethæ præbuit, illud adimplendo: Quanto magnus es humilitate in omnibus. Idiot. part. 14. contempl. 1.

Therebintus, pag. 371. Therebin-tus est Beata Virgo ramos sue orationis de fonte pietatis procedentis ad nos extendens, dum exemplo suo breviter, humili-ter, & fiducialiter orare docet. Ricard. à S. Laur. lib. 12. de Laud. B. V.

Thesaurus, pag. 217. Thesaurus Divinus. S. Joann. Damasc. Orat. 2. de Dormit. B. Mariæ.

Thesaurus, ibidem. Thesau-rus voluptatum. S. Germ. Const. Orat. 1. de Præs. B. Mariæ.

Thesaurus, ibid. Thesaurus locupletans. Isichius, serm. 2. de Laud. SS. Virg.

V

Via, pag. 140. Via felix, quam qui tenuerit, non erravit, & quam qui perseveranter amaverit, non peribit. Adam de Pers. serm. 1. in Partu B. Virgin.

Vincens, pag. 333. Sicut cera d

fa-

facie ignis, ita ubicumque in-veniunt crebram hujus Nominis Mariæ invocationem pereunt aereæ potestates. S. Bonav. in Specul. lect. 2.

Zelatrix, pag. 359. Zelatrix maxima Domus Dei. Arnal. Botius de Patrocin. B. Mariæ, cap. 1.

FIN DE LA TERCERA PARTE.

